Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

26

cum duxerunt archam dñi israel.
Illis autem circumducentibus eam fiebat
manus dñi per singulas ciuitates in
perfectionis magne nimis. et percu
tiebat uiros uniuscuiusque ciuitatis.
a paruo usque ad maiorem. et corpu
tescebant prominentes secreta eorum.
Miseruntque gentes ciuitatis. et fecerunt
sibi sedes pelliceas. Miserunt quoque archa
dei in accaron. Cumque uenisset ar
cha dei in accaron. exclamauerunt
ad accaronitas dicentes. Adduxe
runt ad nos archa dei israel. ut
interficiat nos et populum nrm. Miso
runt itaque. et congregauerunt satrapas
omnis philistinorum. Qui dixerunt. Di
mittite archa dei israel ut reuertatur in
locum suum. et non interficiat nos cum populo
mo. fiebat enim pauor mortis in ciu
gulis urbibus. et grauissima ualde
manus dei. Viri quoque qui mortui non
fuerant percutiebantur in secretiori par
te natium. Et ascendebat ululatus
uniuscuiusque ciuitatis in celum. Fuit quoque
archa dei in regione philistinorum
septem mensibus. Et uocauerunt phili
stiim sacerdotes et diuinos dicentes.
Quid faciemus de archa dei. Indicate
nobis. quomodo remittamus eam in locum
suum. Qui dixerunt. Si remittitis
archam dei israel. nolite dimittere
eam uacuam. sed quod debetis reddite
pro peccato. et tunc curabimini. et scie
tis quare non recedat manus eius a uobis.
Qui dixerunt. Quid est quod ei pro delicto
reddere debeamus. Responderunt
illi. Iuxta numerum principum phy
listinorum quinque aureos facie
tis. et quinque mures aureos.
quia una plaga fuit omnibus
uos. et satrapis uestris. Facietisque similitu
dines eorum uasorum. et similitudinem
muris qui demolitur terram. et dabi
tis gloriam israel. si forte relueat manus
sua a uobis. et a diis uestris. et a terra uestra.
Quare grauatis corda uestra sicut
aegyptus et pharao cor
suum. Nonne postquam percussus est. tunc
dimisit eos. et abierunt.

Manus domini azotos aggrauat. et
eos demolitur. cum eis qui de populo gen
tium conuertuntur. uisitatio altissimi il
labitur. per quam totum quod in eis stultitie
et nequitie fuerat subuertitur. De hac de
molitione ut subuersione per salomonem
dicitur. Verte malos et non erunt. Ille ebul
liunt. cum archana cordis patefiunt.
Agri ebulliunt. cum ea que de ueritate
iustitie perdiderunt. bona opa clarescere
incipiunt. Omnis inquit qui facit uerita
tem. uenit ad lucem. ut manifestentur
opa eius. quia in deo sunt facta. Nascuntur mu
res. in conscientie tenebris rodentes. pen
tentie dolores. Magna mors fit in ciui
tate. ubi ruina fit iniustitie. et resur
rectio iustitie. Secretiores partes natium
percutiuntur. dum occulta conscientie. per
secreta confessionis digerunt. Stupet
azoti plaga huiusmodi. quia mutant in
se conuersi. mutationem dexteri excelsi.
Non mancat inquit archa dei apud nos.
quoniam dura est manus eius super nos. et super
dagon deum nrm. Vox ista uox est in
firmorum. nouiter ad conuersionem ue
nientium. et laboresque temptationis in
cognitis prius et incepti nimis ex
pauescentium. Dura inquiunt facta
est nobis scientia dei. per quam sic nobis
amaricatur omnis delectatio seculi.
Bene olim nobis fuerat in egypto. quan

I Cap. VI.